

opiam transibit: et fama turbabit eum ab oriente et ab aquilone: et veniet in multitudine magna: ut conterat et interficiat plurimos. Et figet tabernaculum suum a pedes inter duo maria super montes in clypeum et sanctum: et veniet usque ad summa tem eius: et nemo auxiliabit ei. XII.

In tempore autem illo consurget michael princeps magnus: qui fiat pro filiis populi tui: et veniet et tempus quale non fuit ab eo ex quo gentes esse ceperunt usque ad tempus illud. Et in tempore illo saluabitur populus tuus: omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro. Et multi de his qui dormiunt in terra pulvere: euigilabunt: alij in vitam eternam alij in opprobrium: ut videant semper. Qui autem docti fuerint: fulgebunt quasi splendor firmamenti: et qui ad iusticiam erudiunt multos: quasi stelle in perpetuas eternitates. Tu autem daniel claudere sermones: et signa librum usque ad tempus statutum. Durissimi pretransibunt: et multiplex erit scientia. Et vidi ego daniel et ecce quasi duo alij stabant unus hinc super ripam fluminis: et alius inde ex altera ripa fluminis. Et dixi viro qui erat indutus lineis: qui stabat super aquas fluminis. Usque quo finis horum mirabilium: Et audiui virum qui indutus erat lineis qui stabat super aquas fluminis: cum eleuasset terram et sinistram suam in celum: et iurasset per uentem in eternum: quod in tempore et tempore et dimidium temporis. Et cum completa fuerit dispersio manus populi sancti: complebuntur vniuersa hec. Et ego audiui et non intellexi. Et dixi. Domine mihi quid erit post hec: Et ait. Glade daniel: quia clausi sunt signatiq; sermones usque ad presinitum tempus. Eligentur et dealbabitur: et quasi ignis probabuntur multi. Et impie agent impij neq; intelligent omnes impij. Porro docti intelligent: et a tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium: et posita fuerit abominatio in desolationem: dies

mille ducenti nonaginta. Beatus qui et peccat: et uenit usque ad dies mille trecentos triginta quinque. Tu autem daniel: uade ad presinitum: et requiesces et stabis in sorte tua in fine dierum. **I**n hoc usque danieli in hebraico volumine legimus: et cetera que sequuntur usque ad finem libri: de theodonionis editione translata sunt.

Erat vir habitans XIII. in babilone: et nomen eius ioachim: et accepit uxorem nomine susannam filiam helchie: pulcram nimis et nimentem deum. Parentes enim illius cum essent iusti erudierunt filias suam secundum legem moysi. Erat autem ioachim diues valde: et erat ei pomerium vicinum domui sue: et ad ipsum confluabant iudei eo quod esset honorabilior omnium. Et constituti sunt duo senes iudices in illo anno: de quibus locutus est dominus: quod egressa est iniquitas de babilone a senioribus iudicibus qui videbantur regere populum. Isti frequentabant domum ioachim: et ueniebant ad eos omnes qui habebant iudicia. Cum autem populus reuertisset per meridiem ingrediebatur susanna: et deambulabat in pomerio viri sui. Et uidebant eam senes quod ridie ingredientem et deambulante: et exarserunt in concupiscentiam eius. Et euerterunt sensum suum: et declinauerunt oculos suos: ut non viderent celum: neq; recordarentur iudicium iustorum. Erant ergo ambo vulnerati amore eius: nec indicauerunt sibi vicissim dolorem suum. Erubescabant enim indicare sibi concupiscentiam suam: volentes concubere cum ea. Et obseruabant quotidie sollicitius videre eam. Dispariterque alter ad alterum: eamus domum: quod hora prandij est. Et egressi recesserunt a se. Cumque reuertissent: uenerunt in uentem: et sollicitantes ab inuicem causam confessionis sunt concupiscentiam suam. Et tunc in comune stauerunt tempus: quoniam eam possint inuenire solam. Factum est autem cum obseruarent diem apertum: ingressa est aliquando